

42 Thomista cum Cajet. opusc. de potentia neutra & Scoto 2. Phisic. quest. 1. ad 1. afferunt, omnem potentiam naturalem esse vel violentam, nullam neutram, quos sequitur A. vera quest. 9. sect. 8. ex adverso Scot. in Princ. quod quest. 1. L. & in 2. d. a. quest. 6. in fine, & 4. d. 43. quest. 4. Zab. lib. de motu ignis in orbem cap. 5. 6. & 9. Font. 9. Metaph. cap. 4. quest. 2. sect. 7. & 8. Amicus tract. 8. quest. 8. dub. 3. art. 1. Moris. disp. 2. Phisic. quest. 5. & alii admittunt huiusmodi potentiam mediam, & actus indifferentes; quamvis postea sit aliquod discrimen in assignanda ratione istius neutralitatis; nam Faber in 2. disp. 2. Schemata 2. Phisic. quest. 5. illam potentiam neutram esse dicit, & motus illos indifferentes, & non naturales, qui sunt ad formas in speciali, quamvis naturaliter passim respiciat formas in generali, & in genere, i. hinc solam potentiam determinatam naturalem appellant, & indeterminatam vero qualis est illa materiae ad formas in particulari, ajunt esse neutram.

Dicimus tamen, quod licet nulla detur potentia neutra activa, passiva nihilominus datur, non solum quae sit aliquo modo cum naturalitate, verum etiam quae simpliciter sit neutra, nullam admittens rationem naturalitatis, aut violentiae; & consequenter quod datur motus simpliciter indifferentes, & neutrales. Probantur singula. Primum, quod non detur potentia neutra activa, sed passiva; quia potentia activa dicitur perfectio in subiecto, & ideo semper est ad actus consentaneos propriae perfectioni essentiali, a qua derivatur, ergo nulla erit neutra, quae nullo modo debet esse iuxta existentiam, & perfectionem naturalem rei, aut potentia passiva, quia dicitur imperfectio, potest esse in subiecto, quae non necessarii ad actus potentiae in subiecto, unde datur potentia passiva violenta, non tamen activa propter eandem rationem.

45 Secundo, quod potentia neutra aliquando sit cum naturalitate, est Scoti in 1. d. 1. quest. 1. in fine, & in 3. d. 13. quest. 4. M. ubi habet inclinationem voluntatis ad gratiam, quae nullam indeterminatam sit ad hunc, vel illum gradum gratiae, esse naturalem; & patet ex dictis disp. 2. quest. 5. art. 1. dum probamus potentiam materiam indeterminatam ad omnes formas esse quidem naturalem, sed etiam neutra, propter illam indifferentiam, cuius praecipua ratio est potest, quia cum neutralitas consistat in indifferentia, ubique reperitur aliqua ratio indifferentia, & aliqua etiam neutralitas potest admitti, quae non excludit propriam omnem naturalitatem, cum ad hunc ad hunc illi sit iuxta perfectionem propriam subiecti etiam secundum rationes speciales, ut fusc. loc. citat. probavimus. Quapropter, ut notat Averro, in potentia naturali datur aliqui gradus, ita ut subiectum dicatur magis, vel minus inclinatum. Primus gradus est, quando subiectum est omnino determinatum ad aliquam formam, ita ut oppositum, vel carentiam illius repugnanter respiciat; ut grave ad locum dorsum, leve ad sursum, & universaliter subiectum ad connatales qualitates; qui gradus omnem obicit neutralitatem, sicut nullam habet indifferentiam (nisi de qualitatibus numero dilindis sit fermo.)

Secundus est, quando subiectum respicit oppositos actus, & naturaliter sub quocumque quietis, quia quilibet est iuxta existentiam naturam rei, & quilibet perficitur, non tamen est indifferens ad totalem carentiam illorum, & haec potentia est mixta, nam propter determinationem, quam dicit ad actum in generali, & non ad carentiam, dicitur naturalis, sed propter indeterminatam ad oppositos actus dicitur neutra, ut contradistinguitur a potentia naturali, in primo sensu, est tamen etiam naturalis indeterminata, quia quilibet secundum gradum specificum perficitur ipsam, sic habet materia in ordine ad formas, quarum quilibet est illius perfectiva, & ideo si omnibus careret, diceretur esse in statu violento, eo quia perfectioe sibi naturaliter debita privaretur, ita etiam se habere existimamus mixta respectu aliquorum qualitatium, ut sunt colores, videtur enim esse perfectioe naturae ipsorum consequentes, & animata respectu figuratum, nam quilibet vivens exigit naturaliter peculiarem figuram, non enim arbor petit figuram hominis, aut contra, nec leo figuram equi, tamen quodlibet indeterminatè se habet ad figuras contentas sub illa communi; quam sibi determinat, insuper quilibet potentia activa vitalis respectu propriorum actuum; quantitas etiam respectu naturalis figurae, quia ex propria natura petit necessarii figurari; addidimus tamen vel *inanimatis*, ad differentiam figurarum artificialium, quarum non est quantitas ex propria natura exigentia, similiter esse in loco respectu animalium, & Angelorum, quamvis enim non respiciant determinatam locum animalia, ut progressiva sunt, & Angelis secundum potentiam motivam actum, quod est esse in aliquo loco indeterminatè, est ex propria natura ipsorum, estque quidam modus connaturalis. Tertius gradus est, quando subiectum ex propria natura, & intrinsecè non respicit actum, tanquam perfectioe intrinsecè, aut quod per illum aliqua perfectio ex propria natura sibi debita, & sui incompletiva acquiratur, sed quia est ratio, seu conditio, quae aliquod bonum consequitur, & proveniat, ad quod subiectum inclinationem habeat, sic diximus questione praecedenti, art. 1. motum Caeli esse naturalem, & hic est minimus naturalitatis gradus, quia si tali actu subiectum careret, non existeret violentè, nam non est ad perfectionem intrinsecè sibi debitam, sed ad extrinsecam.

46 Praeter istos autem gradus, datur alia potentia, quae omni-

no excludit omnem naturam, & repugnantiam, unde simpliciter neutra dicitur; & probatur, datur aliquid actus, qui nec destruit naturalem perfectionem subiecti, neque illam perficitur iuxta propriam existentiam naturalem, ita ex sua natura intrinsecè petat illos, sed per accidens se habent, & concomitantur, ergo motus, & potentiae ad illos actus nec erunt naturales, aut violenti, sed neutri. Consequenter patet, ex definitione ipsarum potentiarum; Antecedens probatur exemplo Doctoris de superfluo respectu colorum, quantitas enim ex propria natura non solum respicit colores in particulari, sed neque colorem in generali, tanquam perfectioe ex propria natura sibi debitam, aliter in Caelo, & in elementis, in quibus absque illo colore reperitur, esset in statu violento. Motus ignis in orbem non est violentus, ut asserit Valsg. part. 2. disp. 25. num. 4. quia ille motus dicitur violentus, per quem forma destructiva perfectionis subiecti acquiritur, per illum motum non acquiritur locus violentus igni, ut patet, nec est naturalis, quia solum naturaliter sursum movetur, nec illud ubi, quod habet in propria sphaera, naturam esse acquiri motu circulari, sed recto, & potius ignis inclinatur ad quietem in propria sphaera, quae ad motum circulearem; & maxime quia talis motus non solum non est propter acquisitionem alicuius perfectionis intrinsecè, sed neque propter perfectionem extrinsecam, ut de motu Caeli dicebamus, sed de hoc dicimus disput. 4. de Caelo quest. 2. art. 2. Quantitas etiam in ordine ad formas artificiales est in potentia simpliciter neutra, quia nulla harum est perfectio ipsi debita ex propria natura, neque est ipsius destructiva. Aer possidet, quoque in ordine ad lucem neuter dicitur, eo quia quamvis sit forma perfectissima in se, & adveniens aeri, illi perficitur, non tamen ista perfectio est aeri debita iuxta propriam existentiam, nisi velimus dicere, esse naturalem, & quantum est exigentiam, ut possit subire minus media ad visionem requisiti. Tandem natura humana respectu personalitatis alienae, quamvis in ordine ad agendum dicatur esse in potentia obedienciali, tamen ut respicit personalitatem non dicitur esse in potentia naturali; quia personalitas aliena non est naturae debita secundum naturam existentiam, neque violentè exiit, ut patet.

47 Sed contra obicitur. Tum quia 2. Phisic. 78. ait Aristotel. *Unumquodque in se agit, et agit natura est, et in actu natura est.* Idem quod subiectum patitur secundum naturam, & 4. Phisic. 7. Phisic. 10. 8. Phisic. 32. 4. Celi 7. 7. 3. Celi 20. dividit motum in naturalem, & violentum, nullum neutrum affirmans. Tum 2. quia inter contradictoria non datur medium, preberit inclinationem, & non praebere tunc contradictoria, quando subiectum praebet, est motus naturalis, quando non praebet, est violentus, ex definitione violenti, ergo nullus neuter, & medius. Tum 3. quia omnia potentia per se primo respicit aliquem actum, cum sit propter actum, & definitur per actum 9. Metaph. 13. 15. 16. ergo si illum respicit ut propriam perfectionem, & in illum inclinatur, nulla erit potentia neutra. Tum 4. quia haec potentia provenit a natura rei, ergo ad ipsam ad hunc erit naturalis, quia iuxta aptitudinem naturae. Tum 5. quia omnia potentia, vel respicit actum per se primum, ut actum in generali, vel actum per se secundum, ut actum in particulari, vel actum in ultimum, ut ignis deorsum, vel disparatum, ut vitis, sonus, ultima non esse potentia, sed potius neutrae potentiae, reliquae autem, vel sunt naturales, vel violentae. Tandem contra exempla in particulari; ignis est naturaliter inclinatus sursum indifferenter tamen ad omnia loca in propria sphaera, sicut materia naturaliter indeterminatè respicit formas in particulari, ergo sicut materia naturaliter movetur ad formas in particulari, ita ignis in orbem. Quantitas perficitur ab arte, & formis artificialibus, ars enim perficit naturam, unumquodque autem secundum Doctorem inclinatur in propriam perfectionem, item de aere, respectu lucis; & universaliter de subiecto respectu accidentis, nam accidens naturaliter inclinatur ad subiectum, ut possit existere, & ideo converso subiectum naturaliter ad accidens erit inclinatum. Accedit, quod secundum Scot. citat. eodem modo se habent Angeli, & Caelum ad motum, sicut quantitas ad colores, ergo omnes sunt in potentia naturali.

48 Resp. ad 1. autoritatem, solum ibi intendere Aristot. in rebus naturalibus dari potentiam naturaliter respicientem finem intentum ab agente, qualis est materia prima, non tamen quod omne subiectum secundum naturam patitur, aliter nullus motus est violentus; Ad alias respondet Zab. fumere Philosophum violentiam largi, ut scilicet comprehendit vel carentiam naturalitatis, vel repugnantiam, quo modo inter ista non datur medium, ut ad 3. quodlibet potentia per se respicit aliquem actum, non tamen per sui perfectivum, quod requiritur, ut naturalis dicitur, sic capacitas aquae ad calorem per se primo respicit colorem, non tamen per hoc dicitur naturalis, sed violenta. Ad 4. patet ex dictis num. 21. quest. 1. art. 2. in simili de potentia violenta respondendo. Ad 4. quest. secundi argumenti principalis contra explanationem secundae particulae definitionis naturae. Ad 5. patet ex dictis videlicet, quod requiritur ad rationem naturalem potentiae, ut actum respiciat tanquam proprium perfectivum. Ad 6. patet ex dictis, cur motus ignis in orbem non sit naturalis, quamvis enim inclinatur ad locum sursum, tamen non convenit ei ab intrinsecè acquirere locum sursum circulari motu, sed recto, quia ut ait Arist. p. Celi 7. & seq. unius corporis simplicis unicus est simplex

motus naturalis. Ars dat perfectionem rebus naturalibus, quae tamem ipsi debita iuxta naturam existentiam, quod requiritur ad rationem naturalem potentiae; hinc Doctor non dicit absolute, quodlibet inclinari in perfectionem, sed in propriam perfectionem, idem de aere dicebatur. Quod additur de subiecto, & accidente, si valet, concluderet etiam, nulla esse potentiam violentam; ideo dicimus, inter subiectum, & accidens ad esse ordinem receptivi, & receptivissimis, praedicendo ab ordine naturali, violento, vel neutro, qui postea dividitur secundum quod hoc, vel illud subiectum diversimodè respicit accidens; neque pro hoc, vel illud subiectum esse in potentia naturali, sed subiectum esse prae accidentis subiecto, non actu convenit. Tandem comparatio Doctoris inter potentiam Angeli ad motum, & superficiem ad colorem debet lumi solum quoad indifferentiam in utraque reperiunt, non in omnibus.

QUESTIO IV.

Quomodo natura differat ab arte.

49 Naturam hic simpliciter Aristoteles non solum prout a violento distinguitur, verum etiam ab arte, unde multum 2. Phisic. & ab Aristotele, & a Doctoribus de arte tractantur; breviter tamen aliqua tangemus, est enim res non magis difficultatis.

Ars sicut multipliciter sanitur, primum ut scientias omnes comprehendit, & facultates, secundo pro omni cognitione practica, tertio pro uno ex illis quibus habitibus intellectus, & hoc modo solum definitur, quod sit habitus cum recta ratione factus, prout statutaria, pictoria, &c. quarto solum accipi pro forma in materia ab arte introducta, ut forma statuae in marmore, formae domus in lapidibus, calce, & lignis; & his duobus ultimis modis consideratur in praesenti. Ars, ut habitus est notitia quaedam habitualis, quae intellectus artificis disponitur ad promptè, & rectè iudicandum circa ea, quae spectant ad artem, & ex frequentatis actibus generatur; cum quo habitu alia duo rebus concurreunt, cum exit in opus; primum est idea operis faciendi, unde Arist. 12. Metaph. 24. ait, sanitatem, & domum ad extra fieri ex sanitate, & domo in mente, & esse quasi generem, non tamen invocam, quia sicut in naturalibus generatio univoca illa dicitur, quae est ad terminum ejusdem rationis cum forma, & natura agentis, sic domus extra est valde similis cum domo in mente, quae se habet, ut forma respectu artificis. Secundum, quod requiritur, est quaedam habitus in potentia executiva ad promptè, & facilius operandum, ut patet in arte saltandi, in qua requiritur virtus membrorum ad obediendum regulis, & praecipis ab intellectu didicatis. Ars, pro forma cautata ab arte, nil aliud dicit, nisi ordinem partium naturalium, quo partes artificiosae, & esse relatio ad illas partes, ut refertur illa figura naturalis, nam possunt esse duo entia similia in materia, & in figura, unum tamen dicitur naturale, quia a causa naturali absque didamine rationis operante fuit effectum, alterum vero arte factum, quia a causa naturali a ratione directa causatum; idem patet de sanitate casu acquisita, & arte medicinae; unde forma artificiosa a naturali distinguitur solum penes connotata. His praenotatis.

50 Dicimus 1. artem, ut est habitus, in multis a natura differere, & cum ipsa convenire; differre, quia natura est substantia, ars est accidens; natura convenit cum re naturaliter producta in esse reali, & vero cum re artificiali tantum in esse obiectivo; natura est principium physicum, & reale rerum naturalium, ars est principium solum per didicitionem, & non per veram efficientiam, non enim ars potest efficere opera naturae, nisi solum applicando activa passiva; quod probatur, nam ars canendi v. gr. solum regulat, & dirigit vocem, & cantum, non efficit, quod alii explicant dicentes, naturam esse principium actionis naturalis quoad substantiam, ars vero quod ad motum, illas actiones modificando, hoc tamen non debet intelligi, ut effectivè concurrat ad motum illum efformandum suavit, & sonore vocem, hoc enim procedit materia a potentia naturali, sed regulando, & dirigendo; idem patet in horologiis, quorum principium motus provenit a natura, scilicet a pondere, modificato tamen ab arte, & ars medica sanitate efficere potest applicando haec, & illa pharmaca in tali dispositione, ut veram sanitatem inducere possint effectivè, ars vero non efficit, & in hoc sensu intelligitur dictum Aristotelis 2. Phisicorum 29. artem perficere naturam. Quae tamen operatio in particulari potest ars hoc modo causare, ut an ars chymica possit verum aurum efficere, & similia, non est praesentis negotii declaratum, ubi de rebus naturalibus in communi tantum est fermo, vide disputat. 4. de Caelo numer. 188.

Convenit verò, quia utraque praesupponunt materiam, in quam agant, utraque ad imperfectioribus ad perfectiora procedunt; utraque non casu, & temere, sed quibusdam certis quasi praecipis operantur, utraque, quantum possunt, opera efficiunt similia, natura quidem in eisendo, ars in replendo; utraque sunt imitatrices, natura imitatur artem divinam, scilicet ideam operis exequendi, & quo magis divinae arti al-

similatur, ed naturae opera habentur perfectiora, ars vero emulatur naturam, ut eo magis adimentur arte facta, quo melius naturam ipsam exprimit, ut patet praecipue in imaginibus, 51 Dicimus 2. artem pro forma inducitur ab artifice, quomodo artificiosum dicit, differre a natura, & rebus naturalibus; primo ut ait Doctor in 2. dist. 18. questio. un. quia naturalia, ut sic habent in se internum principium motus, non ita artificialia, ut sic, nam forma artificialis nullo modo est principium motus; & quamvis multae figurae faciant motum, tardum, vel velocem, ut figura quadrata retardat motum, non sic pyramidalis figura; & multa opera artificialia seipis moveantur, ut horologia, & columba illa lignea ab Archite fabricata, quae per aeraem volitabat, itaque quocumque Dedali industria confecta seipis movebantur, & alia opera per magiam confecta, non per hoc dicendum, formam artis esse principium per se illius motus, & enim est natura, licet arte indigeat, ut modificetur, & figura illa solum se habet conditio sine qua non, quia figura pyramidalis causat velociorem motum, tantum, negativè, quantum tenus facit, ut ars minus resistat, & retardet mobile, & in aliis operibus principium per se erat pondus illud naturale taliter con-temperatum per machinillas, & rotas istius latentes; praecipue in statu Dedali, quod illum causabat motum erat argenti vim, ut notat Arist. 1. de Anim. 44. Secundò differunt, quia formae artificiales sunt in superficie tantum, naturales vero sunt intimae, & intrinsecae. Tertio quia materia prima naturaliter inclinatur ad formas naturales, ad materia artis, vel violenti, vel neutraliter se habet ad formas artificiales ex Scot. 2. distint. 18. questio. un. C. Quarto materia naturalium est ens incompletum essentialiter, sicut materia artificialium est ens essentialiter completum. Quinto materia, & forma naturalium sciunt unum per se, quia se habent, ut per se actus, & per se potentia, non sic materia, & forma artificialium, & alia differentias lo-unt sic materia, & forma artificiales apud Conimbr. 2. Phisicorum. cap. 1. quest. 5. art. 2. Peret. lib. 7. cap. 2. Amic. tract. 8. quest. 9. art. 3. & alios.

Ex quibus colligit, naturalia comparata cum arte factis, quae tenent haec includunt tam materiam, quae sunt res naturales, quam formam artificiosam, esse imperfectiora, quia carent perfectione, quam accipiunt ab arte, ut si comparantur ad invicem, non ut se includunt, sed omnino disparatae, & diversi ordinis se habent, sic longè naturalia prestant in perfectione arte factis, eo quia illa sunt substantiae, haec accidentia, ista ordinantur ad illa tanquam ad finem, substantia autem est simpliciter perfectior accidente, & finis rebus ad ipsum ordinatis. Satis de praesenti disputatio.

52 Hic quaerit solet, an forma artificialis distinguitur ab ente naturali, & quomodo. Nominales, ut refertur Reget. Parisiens. 2. Phisicorum. quest. p. questio. c. 4. collat. negant illo modo distingui a parte rei, quia tenent formam artificialem picturam v. gr. nihil reale superaddere coloribus, & eorum ubicationibus quam opinionem cum aliis Recentioribus tueri Ariarigam disputat. 6. Phisicorum. sectio. 2. cuius fundamentum est, quia coiplo, quod intelligamus eos colores cum tali, & tali ubicatione in tabula, nulla alia forma artificiali super intellecta intelligitur pictura, sicut in characteribus, qui etiam sunt entia artificiosa, nihil aliud est necesse intelligere nisi atamentum hoc, vel illo modo ubicatum. Idem clarius intelligitur in statua lignea; vel lapidea, nam praecipue per ablationem superfusuram, ac impedimentum partium, coeterae, quae remanent sine ulla nova forma, & distantias, & proportionem expressivam huiusmodi retinet, efficiuntque statvam, ergo ibi non producitur forma artificialis distincta a partibus ligni taliter ubicati, & a carentia partium redundantium, patet conseq. quia praecipue a ferendo, partes aliquas ligni, non potest artifice positivam formam realem producere in his quae remanent, naves reliquit, ut antea, & solum ab eis aliis separavit, cui fieri dicitur Auditoris sex principiorum. Quod Artifex facit figuram incisionis nihil adendo, sed potius removendo. Hinc quidam huius opinionis Auctores, ut refert Anton. And. quest. 4. super esse princ. ulterius addiderunt, quod talis figura praecedat tam in materia actualiter, sed est coepta aliis partibus ejusdem materiae puta lapidis, abt ligni, quae partes remouentur per artem artificis, & tunc figura appareat, ita quod secundum hoc Artifex nil aliud facit nisi remouere partes prohibentes apparentiam figurae, iam praesentis a natura in materia praesente, & forte si inquit Ant. And. huius opinionis Auctor sex principia, nam dicit quod figura est a natura, sed sentiri id est actualiter apparere est ab adu. Probant etiam, quod quando figura per conjunctionem rerum naturalium non acquiritur aliqua res nova, ut quando fit domus, vel pictura, quia vel forma acquisita est tota in toto, vel pars in parte, sed neutrum asseri potest, quia quocumque dato legitur, quod artifex hic montem faciens, vel urbem, novam figuram in toto terrarum orbem induceret, & novam accidens etiam apud Indos, cum tota terra sit unum totum integrale figuratum.

Opposita opinio est Realium asserentium formam artificialem esse accidens reale absolutum de quarta specie qualitatis rebus naturalibus superadditum artificis industria, ideoque artificiale realiter distinguitur ab ente naturali, ita refert Tatar. 2. Phisicorum. qu. 2. dub. 3. & modicus defendunt Parisiensis loc. cit. quorum principium fundamentum est hoc, quia Artifex operando, aut

aliquid facit, aut nihil, non nihil, quia habitus quo nihil potest fieri, non est factivus, & sic ars non esse habitus factivus contra eius definitionem, si vero aliquid facit, aut facit novum, aut antiquum, non secundum, quia vel actum ageret, vel nihil profectus faceret, ergo facit aliquid novum, hoc autem nequit esse ens merè respectivum, quia qui domum edificaret, vel urbem, non nisi unum respectum faceret, quod videtur ridiculum, nam caro nimis pretio tales respectus emerentur in picturis, & edifiis, ergo huiusmodi figura verum accidens absolutum de genere qualitatibus importabit, ut ibi docuit Aristot. explicans quartam speciem illius prædicamenti. Dicitur artificem facere, quod a utique novam denominationem acquirat, quam prius non habebat, facit nimirum, quod est sit statua, cum prius statua non esset. Contra hoc arguitur, quia vel talis denominatio est extra animam, vel non: si primum, ergo sumitur ab aliqua forma reali nova: si secundum, ergo per suam operationem artifex non facit, nisi ens rationis. Si dicas artificem non efficere, nisi novum motum, & novas ubicationes. Contra instant, quia certum est finem artificis non esse solum motum localem, & solas ubicationes colorum, vel lapidum, sed aliquid aliud.

52. Neutra istarum opinionum est amplectenda, non prima Nominalium præteritum in sensu, quo defenditur ab illis, qui dicunt figuram artificialem, præcipue quæ sit per incisionem, & subtractionem partium ab aliquo toto præcedere a dualiter in materia, quia ut arguit Ant. And. cit. in eadem parte materie nequeunt esse ad simul plures figuræ impossibiles, nisi ponatur segmentum, & chimericum in natura, sed in eadem parte materie possunt esse quæcumque figuræ in sensu divisionis, puta hominis, bovis, serpentis, quæ sunt omnino impossibiles, ergo non sunt simul ibi in actu; Sed nec etiam defendi potest in sensu, quo eam tueretur Ariag. quod formaliter figura consistat in solis ubicationibus, quia interduo figura resultat absque quod varientur ubicationes partium rei artificialis, ut cum quis in antro imaginem format in lapide, partes enim, quæ remanent, & imaginem constituent, locum, & ubi nullo modo, variantur cum eidem ipsi partibus correspondant quibus antea correspondebant, tum quia cum statua, vel pictura, hinc inde defertur variantur utiq; ubicationes statuar, & partium eius, quæ correspondunt diversis spaciis partibus, & tamen non variatur figura, ergo ubicationes non erant forma artificialis statuar, vel picturar. Et quidem profertur ridiculum est, quod concedit Ariag. cit. hoc argumentum pressus physicè loquendo mutari saltem inadæquate figuram, & formam artificialem, quotiescumque loco mutatur res artificiosa, quia tunc mutantur ubicationes, & solum in ordine ad apprehensionem nostram, & moraliter loquendo eandem perseverare, quia succedunt aliæ ubicationes eodem modo distantes inter se sicut priores. Hoc sane profertur incredibile est, non enim moraliter sapient, sed etiam physicè eandem censetur imago apud omnes etiam sapientes, sive sit in templo, sive in foro, sive in cubiculo, & qui oppositum diceret, exhiberetur.

Neque etiam omnino vera est Realium opinio, quamvis enim in hoc, & quod asserit formam artificialem quidpiam reale superaddere partibus natura libus entis artificiosi, verum dicat tamen non videtur docet hoc, contra esse entitatem absolutam de genere qualitatis, quæ addit hoc bene urget argumentum allatum à prima sententia. quod hic fodiens terram vel faciens montem variare: eius integram figuram, & consequenter novum accidens absolutum facere in toto terrarum orbe, quod magnum nobis videtur absurdum, est à Parificensibus loc. cit. concludatur, tum quia verisimile non videtur, quoties ceram manibus contractamus, toties in ea produci novas qualitates, ac entitates absolutas, tum quia difficulter explicatur, quod pacto talis forma absoluta in toto compositi artificiali resideret, an esset tota in toto, & qualibet eius parte indivisibiliter, quod de accidente materiali non bene diceretur, an potius pars in parte indivisibiliter, & tunc unaquæque pars illius compositi diceretur eodem modo figurata, sicut totum, v. g. triangularis, quadrangularis, sicut qualibet pars alibi dicitur alba per partem albedinis, nisi forte talis qualitas in suis partibus integritatibus ponatur eterogenea, quod esset voluntariè dictum.

53. Dicendum est igitur formam artificialem non esse purum nihil, neque entitatem absolutam, sed esse relatione, quandam

ordinis, & proportionis partium naturalium ad se invicem; ita expressè significat Doct. cit. 4. d. 12. q. 4. F. ubi ait figuram ultra quantitatem non dicere, nisi relationem partium ad se invicem, vel terminorum includentium partes, & sequitur Tat. loc. cit. & ita etiam iam dudum docuimus nos in Logica disp. 7. q. 3. art. 2. declarando quartam qualitatis speciem, & explicuimus, in quo sensu figura ab Arist. ponatur in prædicamento qualitatis: Et quamvis Doct. 4. d. 1. q. 2. sub Q. videatur dubitare, an talis relatio per formam artificialem importata sit realis, vel rationis, tamen inferiora 4. d. 12. cit. clarè significat esse realem; hic autem recordand. ut ex Logica loc. cit. & colligitur ex Scot. 4. d. 10. p. 5. dicitur ergo, duplicem esse figuram, unam intrinsecam, quæ fundatur in positione de genere quantitatis, & in ordine servantur in partibus in toto, quatenus non sunt inter se confuse, sed ita dispositæ, ut una immediatè continetur uni, & non alteri præcedendo à loco, & non pedè; aliam extrinsecam, quæ fundatur in positione de genere situs, & est coordinatio, quam servant partes ad se invicem, & in sunt dispositæ in loco, ac prout vocatur figura finalis, & hæc proprie est figura, quam importat forma artificialis, ut significat Doct. cit. 4. d. 12. dum ait, quod relatio per figuram importata mutari potest partibus manentibus eodem modo in se, & in toto, quod etiam notavit Tat. cit. ut constat de digito, qui dum curvatur, dicitur variari figuram ex eo precise, quod variatur sua in partium coordinatio ad invicem in loco, etiam si saltem eundem ordinem in toto; Et bene advertendum est, quod inquit Dodor figuram importare relationem ordinis partium ad invicem, vel terminorum includentium partes, per quod significat figuram non dicere immediatè relationem partium ad locum, quia tunc figura non esset nisi ubicationes partium ut ajebat Ariag. sed relationem partium ad se invicem, ut sunt ordinabiles in loco, non quidem hoc, vel illo, sed indeterminate, dummodo non sit maior, vel minor, quam suapte natura artificialem corpus exposcat, & hinc est, quod eadem imago perseverat, sive sit in foro, sive in templo, quia licet illæ partes translate variantur locum, & ubi, eandem tamen servantur coordinationem, & proportionem ad se invicem, ut sunt in loco v. g. palmari ordinabiles, quia non hic vel ille loco palmari spectat ad rationes illius figuræ, sed locus palmari indeterminate lumpsus.

Hinc patet ad fundamenta primæ sententiam enim est quod solis coloribus intellectus, & eorum ubicationibus in tabula resultat figura, figura namque non resultat, quoties intelligitur præfata coordinatio, & distantia partium ad invicem, quæ fundatur in ubicationibus eorum, quæ etiam produci intelligitur, etiam si artificialis forma fiat per subtractionem partium ab aliquo toto, hoc enim ipso quod aliguo, vel lapide hæc, & illa pars absconditur, in cæteris novis ordo ad invicem, novaq; proportio resultat, sicut inter duas quantitates palmares resultat inæqualitatis relatio, si ab una semi-palmus auferatur, & sola divisio sufficit ad resultantiam indivisibilem quantitatis. Pariter etiam, quando fit comparatio artificialis per conjunctionem rerum naturalium, nova resultat ordinis, & proportionis partium acquiritur, & indivisibiliter residet in toto, & in partibus, non tamen partes subiecti eodem modo denominat, quia illæ relationes requirunt integrum fundamentum, ut fiat denominatio, ut de relationibus duplicitatis, & æqualitatis dicebamus disp. 8. Log. quest. 6. artic. 2. solvendo 3. princ. ubi etiam declaravimus, quare distantia non obstat, quo minus positio termino resultat relatio in fundamento, & tamen obstat in entibus absolutis, quæ doctrina inde necessario resultanda est pro solutione istarum difficultatum.

Ad fundamentum 2. sent. dicimus cum Tat. cit. reale, quod superaddit formam artificialem entis naturali, esse præfatam ordinem partium ad se invicem, & hinc produci ab artifice, & eius gratia pecunias recipere, & hunc produci ab artifice non esse, & hæc dicitur physica mutatio; tandem sumitur pro mutatione substantiali solum; in proposito si velimus sub illa definitione comprehendere causam creatam, debet sumi mutatio in primo sensu non videtur tamen hæc esse mens Arist. nam creationem temporaneam non agnovit, unde lumet in secunda acceptione, ut omnes causas physicas amplectatur: ta dem ad dicitur aut questio, quod à multis explicatur, ut terminum mutationis significet, & quia quod est causa motus, est necessario causa termini motus, sicut, ut in plurimum, ideo dicitur, hanc conjunctione sumi. Atramque sicut male fecisset Arist. si ly, & in definitione nature disjunctivè simpliciter, ut diximus disp. præced. ita male simpliciter hanc particulam, aut conjunctione, quia particula in definitione accipi debent secundum propriam, & rigorosam acceptionem. Melius ergo dicimus, per mutationem intelligi non solum mutationem pro formali, scilicet, transitum illum: sed etiam pronam, qualis est res in fieri, & per quietem intelligi rem in facto esse, quando in tali statu a causa dependet, ut causam conservantem etiam comprehendat, & quia non semper quæ est causa in fieri, est etiam causa conservans, & in facto esse, idcirco particulam posuit disjunctivam.

Per illas quoque particulas, scilicet, mutationis, aut quietis, explicatur correlativa causæ efficientis: nam efficiens ad duo potest computari, ut notat Doct. in 2. d. 1. q. 5. S. & 4. d. 1. q. 3. d. 1. F. & scy ad effectum, quatenus recipit de novo esse simpliciter a causa efficiente, & ad partem, seu subiectum, quod recipiendo formam ab agente perficitur, & transmutatur; hinc potentia activa definitur à Philof. 5. Metaph. 17. quod sit principium transmutandi aliud, in quantum aliud, & actio ab Audore sex principiorum,

DISPUTATIO SEPTIMA,

De causis extrinsecis, efficienti, & finali.

Explicavit causas intrinsecas corporis naturalis, quæ ipsum quidditative, & essentialiter in esse constituunt, de extrinsecis autem remanet agendum, efficiens scilicet, & finali, & primo de efficienti, quia notior est omnibus, nam evident est, aliqua de novo incipere, & nullum potest seipsum producere, & causare, quia prima, & principalis est ordine executionis, à qua causatum desumpsit nomen effectus, etiam in ordine ad alias causas: & quia finis non est vera, realis, & physica causa, sicut efficiens, ut dicemus, hinc novam causam ambonomasticè efficiens competit.

QUESTIO I.

Quid, & quotplex sit causa efficiens.



Ausam efficientem definit Arist. 2. Phys. 29. & 5. Met. 2. quest. 1. unde principium mutationis primum aut quies: quam definitionem, ut incommodam, & obscuram rejicit Hurtad. disp. 9. Phys. sect. 1. aliam tandem obscuriorē, scilicet causa efficiens est principium per se influens in aliud, præfata mutatione sui, ex præfata ratione influxu: unde melius erit elaborare in declaratione peripateticæ definitionis ab omnibus acceptatæ, quæ potest claritatis gratia in forma reduci, est principium primum, unde est mutatio, aut quies: ut facit Averis quaest. 14. sect. 1.

Dicit ergo principium, quod habet rationem generis convenientis omnibus causis; addit primum, non simpliciter, & absolute, ut dicitur, sed in proprio genere, ut causis secundis etiam conveniat, & significat primitivè principalitatis secundum illas, quæ instrumentalem causam excludunt ab illa definitione; instrumentum enim non agit principaliter, & propria virtute, vel primitivè per se, ut causa per accidens removeatur, ita ut idem loquetur, ac per se, vel tamen denotat proprium causandi modum, ut notat Suar. disp. 15. Metaph. sect. 1. cæteræ enim causæ non dicuntur primæ, nam finis solum in intentione dicitur prima causa, non in executione, forma hec habet ut terminus mutationis, materia, licet præsupponatur causalitati agentis quoad entitatem, at tamen loquendo de actuali causatione, ideo materiam recipi, quia agens agit, & consequenter influxus agentis declaranda, non temporis, nam omnes causæ in eodem temporis instanti simul participant ex Scot. 2. disp. 37. V. Verum est tamen, quod hæc particula non est simpliciter necessaria, si per principium intelligitur principium per se, sufficienter enim per cæteras particulas explicatur essentia efficiens causæ, unde Arist. 1. de Gener. 1. repetens hanc definitionem, omisit illam particulam, tertio subdit unde, quæ particula non sumitur late, ut in definitione principii, cum dicitur esse id, unde aut sit, aut cognoscitur res; sed præse pro particula à quo, per quam distinguitur tum a materia, & forma, quia totum proprie non dicitur fieri a materia, & a forma, sed ex illis, tum a causa finali, quæ proprie non est id, & quo motus, sed cuius gratia fit motus, quarto dicitur mutatio, quæ sumitur secundum latam acceptionem, mutatio enim ex dicendis in propria disputatione, potest sumi vel pro quacumque successione termini ad quem post terminum a quo, sive in subiecto, sive extra subiectum, quod modo creationem etiam continet, vel tranfitu in subiecto, sive substantiali sit, sive accidentalis, & hæc dicitur physica mutatio; tandem sumitur pro mutatione substantiali solum; in proposito si velimus sub illa definitione comprehendere causam creatam, debet sumi mutatio in primo sensu non videtur tamen hæc esse mens Arist. nam creationem temporaneam non agnovit, unde lumet in secunda acceptione, ut omnes causas physicas amplectatur: ta dem ad dicitur aut questio, quod à multis explicatur, ut terminum mutationis significet, & quia quod est causa motus, est necessario causa termini motus, sicut, ut in plurimum, ideo dicitur, hanc conjunctione sumi. Atramque sicut male fecisset Arist. si ly, & in definitione nature disjunctivè simpliciter, ut diximus disp. præced. ita male simpliciter hanc particulam, aut conjunctione, quia particula in definitione accipi debent secundum propriam, & rigorosam acceptionem. Melius ergo dicimus, per mutationem intelligi non solum mutationem pro formali, scilicet, transitum illum: sed etiam pronam, qualis est res in fieri, & per quietem intelligi rem in facto esse, quando in tali statu a causa dependet, ut causam conservantem etiam comprehendat, & quia non semper quæ est causa in fieri, est etiam causa conservans, & in facto esse, idcirco particulam posuit disjunctivam.

Primo dividitur in causam per se, & in causam per accidens, causa per se est illa, ex Scot. 1. d. 1. quest. 2. 1. quæ secundum naturam propriam, & non secundum aliquid sibi accidens causat, ut edificator per se edificat, pictor per se pingit, causa per accidens est, quæ licet concurrere dicatur ad effectum, non est tamen necessaria, nec effectus vi illius accipit esse, sicut cum muscus edificat, musca dicitur causa efficiens & finalis, sed per accidens, quia edificatio ita est a musco, ut si non esset muscus, adhuc tamen æque bene fieret ab edificatore, & hæc causæ multipliciter subdividitur, ut dicemus infra quæ. ult. huc spectant conditiones sine quibus non, ut sunt causa applicans removens, prohibens, non impediens, & familia. Notandum tamen cum Bonet. 2. Phys. cap. 8. in fine conditionem sine qua non, proprie non esse causam per accidens, quia potest edificator edificare absq; hoc, quod sit muscus, sed potius est modus existendi causæ per se, ut possit exire in actum.

Secundo dividitur in physicam, & moralem; physica, seu realis est, quæ verè, & realiter influit in effectum, ut cum ignis causat ignem, moralis verò est duplex, vel moralitate libertatis, quomodo a causa physica necessaria, quæ postis omnibus prærequiritis ad agendum non potest non agere, contra dicitur, & est illa, quæ potest agere, & non agere etiam postis omnibus prærequiritis ad agendum, ut est voluntas, unde actus liberi, actus morales solent appellari, & hæc causa coincidit cum physica, & reali, quia verè voluntas influit in actus liberos. Vel moralis dicitur moralitate imputationis, quomodo a causa physica, & reali universaliter sumpta distinguitur, & est illa, cui secundum ream prudenter a justimatione imputatur effectus, in quem ipsa physicè non influit præfata tali exiltimatione, tales causæ sunt iubens, consulens, & alia illis duobus vericulis comprehendit.

Iustus, consensus, pallo recurus, Qui recipit, mutus, non obstant, non manifestans. Quæ omnia cadunt in agentibus liberis, & præcipue causa moralis dicitur, quæ est ratio, cur alia causa operetur ex aliquo pacto, sic Sacramenta dicuntur causæ morales gratiæ, & opera nostra bona causæ meritorie nostre salutis, quia ad positionem Sacramentorum Deus nobis elargitur gratiam, & propter opera meritoria dat præmium æternæ vite, & hæc causæ reduci solet ad causam physicam per accidens.

Tertio dividitur in causam efficientem, principalem, & instrumentalem, principalem est, quæ propria virtute attingit effectum principaliter intentum, & nulli famulatur; instrumentalis verò, quæ active non attingit talem effectum, sed dispositivè intervehit causæ principali, ut solus qu. 5. Quarto dividitur in proximam, seu immediatam, & in remotam,

quod sit secundum quam in illud, quod subicitur, agere dicimus, cum ergo duo respiciat causæ efficiens, ut correlativa, & terminum productum, quomodo produdens denominavit, & subiectum, quod transmutat, ratione cuius, & agens, vel transmutans dicitur; ac mutatio, & quies significant formam in fieri, vel conservatam in subiecto, aut totum productum, vel ut productum; sequitur evidentè, per illas particulas explicari correlativè efficiens causæ, quæ sunt subiectum transmutatum, & terminum productum, hinc Aristot. post traditam definitionem efficiens causæ, exemplificat dicens, & omnino faciens facti, & mutans motus.

Ex quibus deducitur, hanc definitionem rectam esse, quia ex proprio genere constat, & propria differentia, & facit causam efficiens differre ab aliis causis, ut patet ex didis. Solum potest dubitari de natura, quæ principium ponitur effectuum motus, & de conditionibus sine quibus non, à quibus videtur esse motus. Sed de istis non urget difficultas, quia non dicuntur proprie principia, cum non habeant virtutem producendi effectum sicut causa efficiens, unde motus ab illis dicitur pendere, non ut a causa. De natura verò dicendum, quod eadem aliquando sunt causæ efficiens, & natura, & aliquando differunt, & ideo unaquæque seorsim debuit definiti, principium enim in definitione nature pro activo, sive immanenti, sive transienti, sive substantiali, sive accidentali. Ceterum, ut apparet, quomodo omnibus causis effectibus conveniat, aliquas, & præcipuas divisiones istius generis causæ declarare debemus, descendentes ad secundam partem quætionis.

Primo dividitur in causam per se, & in causam per accidens, causa per se est illa, ex Scot. 1. d. 1. quest. 2. 1. quæ secundum naturam propriam, & non secundum aliquid sibi accidens causat, ut edificator per se edificat, pictor per se pingit, causa per accidens est, quæ licet concurrere dicatur ad effectum, non est tamen necessaria, nec effectus vi illius accipit esse, sicut cum muscus edificat, musca dicitur causa efficiens & finalis, sed per accidens, quia edificatio ita est a musco, ut si non esset muscus, adhuc tamen æque bene fieret ab edificatore, & hæc causæ multipliciter subdividitur, ut dicemus infra quæ. ult. huc spectant conditiones sine quibus non, ut sunt causa applicans removens, prohibens, non impediens, & familia. Notandum tamen cum Bonet. 2. Phys. cap. 8. in fine conditionem sine qua non, proprie non esse causam per accidens, quia potest edificator edificare absq; hoc, quod sit muscus, sed potius est modus existendi causæ per se, ut possit exire in actum.

Secundo dividitur in physicam, & moralem; physica, seu realis est, quæ verè, & realiter influit in effectum, ut cum ignis causat ignem, moralis verò est duplex, vel moralitate libertatis, quomodo a causa physica necessaria, quæ postis omnibus prærequiritis ad agendum non potest non agere, contra dicitur, & est illa, quæ potest agere, & non agere etiam postis omnibus prærequiritis ad agendum, ut est voluntas, unde actus liberi, actus morales solent appellari, & hæc causa coincidit cum physica, & reali, quia verè voluntas influit in actus liberos. Vel moralis dicitur moralitate imputationis, quomodo a causa physica, & reali universaliter sumpta distinguitur, & est illa, cui secundum ream prudenter a justimatione imputatur effectus, in quem ipsa physicè non influit præfata tali exiltimatione, tales causæ sunt iubens, consulens, & alia illis duobus vericulis comprehendit.

Iustus, consensus, pallo recurus, Qui recipit, mutus, non obstant, non manifestans. Quæ omnia cadunt in agentibus liberis, & præcipue causa moralis dicitur, quæ est ratio, cur alia causa operetur ex aliquo pacto, sic Sacramenta dicuntur causæ morales gratiæ, & opera nostra bona causæ meritorie nostre salutis, quia ad positionem Sacramentorum Deus nobis elargitur gratiam, & propter opera meritoria dat præmium æternæ vite, & hæc causæ reduci solet ad causam physicam per accidens.

Tertio dividitur in causam efficientem, principalem, & instrumentalem, principalem est, quæ propria virtute attingit effectum principaliter intentum, & nulli famulatur; instrumentalis verò, quæ active non attingit talem effectum, sed dispositivè intervehit causæ principali, ut solus qu. 5. Quarto dividitur in proximam, seu immediatam, & in remotam,